

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas Iuveni ... Dr. Gerhardo Tiedeman/ Rostochiensi, Philosophiae &
Medicinae Studioso, Filio suo unico Parentes moestißimi parant, Cives suos ...
vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.,

in G. Tiedemann.

Rostoch. 1638.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776827456/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776827456/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456/phys_0003)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776827456/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456/phys_0004)



RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQUIAS,
Quas

Juveni, dum viveret,

Humanissimo Doctissimoq;

DN. GERHARDO

SIGDEMANN/ Rostochiensi,

Philosophiae & Medicinæ Studioſo,

Filio ſuo unico

Parentes mæſtissimi parant,

Cives ſuos in ædem D. Mariæ ad

horam dimidiā primā ſerio &

diligenter vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI. Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

5

LIBRARY
University of Rostock
MAY 2014
J. G. FRIEDRICH
HABERDIN
PRINTED
BY
J. G. FRIEDRICH
IN
THE CITY OF ROSTOCK
1790

J. G. FRIEDRICH
HABERDIN
PRINTED
BY
J. G. FRIEDRICH
IN
THE CITY OF ROSTOCK
1790

J. G. FRIEDRICH
HABERDIN
PRINTED
BY
J. G. FRIEDRICH
IN
THE CITY OF ROSTOCK
1790

Tables de la Terre et du Ciel. A l'usage des Armées.

Vulta parentum sollicitudo est superliberis, quoscunq; etiā suscep-
rint; In consulta ut plurimum, neq;
semper optimi successus. Nam &
quicquid speciosum in suis, quic-
quid externarum rerum ac fortu-
nae est, id diligere jam ab incunabulis solent. Quic-
quid detortum, aut pravum, aut quocunq; vitio no-
tabile, non secus amant, quam opprobrium quod-
dam, sibiq; in contumeliam natum. Iste vitam,
isti auram, quam non dederunt, invident; ultimaq;
fata, qua& sua potestatis non sunt, tanquam meliora
comprecantur. A quibus si quereretur, quidnam
diligerent in iis, quos ex segenuerunt, non tam
carnem sanguinemq; suūm, quam figuram amari
intelligamus; Ea autem existimari meliora, qua&
sanis alias florentibusq; corporibus avertere ac pro-
cul habere allaborant. At vero si istam corpo-
ris labem comparemus cum vita totius molestiis, &
tam longa rerum difficultate, qua per hac tempora
quotidiè attexitur, quid est, quod spiritus frangere
& quascunq; vires nō possit quam firmissimi corpo-
ris. Non tam de exilibus & mijera plebe men-

H b 3 dice-

dicorum dixerō, ne videar calamitatem paulo an-
xius & ex ultima hominum sorte repetere. Quan-
quam, quid sit inter mortales discriminis, Regum
quoqz exempla. Et tot illustrium virorum docue-
runt, qui perinde ad stipem & ejusmodi squalores
hodie redacti in haris ac fino perierunt. Non
ergo ad navale nostrum non ad fora, non ad vicos,
non ad ob viam semimortuorum hominum tur-
bam, ad pallnetes illas, vivisqz nobis intervagatas
umbras atqz imagines provocabo; quibus olim mi-
hi erat pro sorte sua floridius ac robustius, servatis
per sanitatem in id tempus, ut nihil jam tetricus illis,
nihil visu horrendu magis, nihil fit ipsis inter se mi-
seric. Eos duntaxat mihi quisqz animo suo proponat
quos fortuna mitius excipit & extrema nondum
implicuerunt. Quorum tanta vix querimonia
quantus labor est. Afflicti quippe rebus omnibus
& destituti, firmitatem corporis in pœna babent.
Pauperiem suam amplius atqz nuditatem non con-
jecturi, quibus fames jam in propatulo est, interqz
egregios patriam, diversorum apud durissimos inter
crudeles exilium, omnia scilicet nacti, quorum cau-
sa neqz olim se valuisse, neqz adbuc supra esse exopta-
rent. Quod si igitur filium suum GERHARDVM
TIEDEMANNVM, Phil: Medic: Studio-
sum, ob quem scribimus, amaverint hancenüs pa-
ren-

parentes, argumentum nobis in luctu postremum edant. Non istud muliebre ac vulgatum quod in torvo vulnu, in lacruminis, in ejulatu, in quiritationibus multum, sed in affectu ac voluntate sit. Bona n. cupere & præstare eaq; non insidiosa aut caduca vel instar nubis transitura; avertere a. molestias, & dolores, id imprimis genuini amoris notam demonstrat. Qualem si unquam dedere, quod per omnem vitam gnato abunde præstitum est, nunc præcipue fieri oporteat, ubi publica debent affectus indicia existare. Ego vero non possum vos non admonere. Parentes mœstissimi ut, ultimi temporis à puer tia usq; in hunc aëm recordari velitis, & quemadmodū filio meliora precati atq; elargiti semper estis. Latit ob id præcipue, quod bene natum edutumq; haberetis, nec sanitas ipsi in adolescentia nec vultus, membrorum v. inter se commoda-
tio, natura adesset. Super animi tamen dotibus in-
primis gavisi, quarum ista ratio esset, ut non nisi præ-
clara omnia de eo exspectarentur. Quamprimum
n. fœderis Novi Testamenti particeps factus, pieta-
ti, bonis moribus atq; humanitati apud vos domi
privata disciplina assuevit, emicuere igniculi isti
virtutum, quas postea, cum adolesceret, florere vi-
distis. Dicto n. audiens vestro, abstinuit sese ab iis,
qua vobis improbarentur, atq; ultiro convertit ad

Hh 3

ca

ea, quæ probissimum doctissimumq; virum aliquando datura essent. An non grata fuerunt istæ vigilæ lucubratae, noctes, & occupata in literis conticinia? Diem n pro alia re non habebat, nisi otium illius, quod in pueritia quidem durissimum est, juveni a. & qui studiorum fructus jam percipit, dulce ac jucundissimum. Istud erat quod illum Philosophie studio intentum jam ante, quam Gryphiswaldensem Academiam ante triennium peteret, quod ibidem assiduum. Præterea Medicinae studiosum honestisq; moribus probatum, integro jam rursus apud nos anno dedit. Cujus rei Reverend. Clariß. Virum Dn. GEORGIVM MASCHOVUM SS. Theol. D. ceterosq; vicina Academia Professores, nos ipsos patriâ hac urbe sua locupletes admodum testes habet. Modestia imprimis, humanitatis, & diligentiae causa nemini non acceptus aut commendabilis. Istum ergo juvententam minime commeritum, ut pro virtutibus suis præmia nostri seculi, labores, pericula, miseras, totiusq; vita immimentes arumnas, referret, dolebitis in posterum, amantissimi parentes, quod eruptus ex hoc malorum omnium pelago, ex procellis tempestatibusq; in portum salvus & incolmis pervenerit? An quisquam mortalium est, qui tam saevè cupiat suis, ut quietos reposcere in turbas ac discrimina, ex summo omnium bono

bono ac felicitate redire in carcere, in compedes, in
supplicia velit? An vobis juventus ista placeat, ut
qua successerit virilis etas, tanto affligatur durius
atq; ad cruciatq; aptior fortiorq; sit? Ita vero per hoc
quantum quantum universum est, per omnes ordi-
nes, omnes etates, omnia rerum discrimina, quan-
tumq; boni in publico hoc exitio aut infestet, aut pro-
pendeat nobis ipsi primū cogitate, post accipite à pri-
dētibus sapientissimisq; Viris. Quorum nemo facile
sit, qui non timeat, exspectetq; pejora omnia. Tam
pulchris vero spebus redonabitis sanguinem vestrum
iisq; votis summam amoris vestri, ultimamq; pie-
tatem exhibitis? Acquiescite Ego vos, postquam
in Christo uester acquievit. Nos ipsi quotquot tam
salutare ac propitium nomen gerimus, nihil expeti-
vimus per hæc tempora aliud, aut expetere deinceps
possimus, quam ut, postquam malorum alias nullūs,
eiusmodi dies remedium nobis finisq; eveniat. I-
staq; in precunt adhortatione finiemus, si breviter
nonnulla, quæ natales defuncti nostri spectant, præ-
miscerimus. Parentes GERHARDO TIEDE-
MANNO, Juveni optimo extiterunt M. GER-
HARDUS, Doctissimus Ego Præstantissimus Vir,
Mater ELISABETHA, Viri Clarissimi M.
ERASMI STOCKMANNI, Physices quon-
dam Professoris Celeberrimi filia, Experientissimi
Ego

& Cl. Viri Dn. JOACHIMI, Parentis in munere successoris;
amici & Collegae nostri charissimi germana soror. PAU-
LUS vero TIE DE MAN, avus Civis & Mercator Lubec-
ensis præcipuus, Avia & ANNA SCHRODER S. Reve-
rendi & Clarissimi Viri Dn. GERHARDI, cotius syn-
drij Ecclesiastici ibidem Senioris & vice Superintendentis Fi-
lia exstitit. Majoribus ergo suis superstes, superstites sibi re-
liquit parentes ac sorores, ANNA M atq; ELISABE-
THA M, charissimas, quarum inter amplexus vera fide &
pietate, postquam paucos ante dies solenni sacroq; ritu recon-
ciliatus Deo effer, eadem, quā vixit, composita mente
quam placidissime in CHRISTO obdormivit. Vicesimus
secundum expleturus etatis annum, si ad parem dierum nu-
merum, proximum nobis mensem Augustum, transigere pa-
ruisset. Vos, Academia Civis, ab isthac florente juventis etia-
te quantum vobis aequ & plus immineat, animo vobiscum re-
putare. Quapropter parate vos in diem. Nemini ista
denunciatio nostra male omnis sit. Indicere enim quoniam
habetur debumus. Ille mortem aut non visurus est, aut cer-
te superabit, quisquis in momenta mori quam optime poterit.
Iccirco, ut recens aliqua vos memoria excitet ad meditatio-
nem vita omnium vestra, que nunc parum à morte distat, i-
tote hoc die rursus exequias frequentissimi, & bene
valete. P. P. 4. Julij Anno
Christ. 1638,



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776827456/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776827456/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456/phys_0014)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776827456/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776827456/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827456/phys_0016)

DFG

bono ac felicitate redire in ca
 supplicia velit? An vobis ju
 qua successerit virilis atas, ta
 atq; ad cruciatq; aptior fortie
 quantum quantum universi
 nes, omnes atates, omnia rere
 tumq; boni in publico hoc exi
 pendeat nobis ipsi primū cogi
 citibus sapientissimisq; Viris
 sit, qui non timeat, expectet
 pulchris vero spebus redonab
 iisq; votis summam amoris
 tatem exhibitis? Acquiesca
 in Christo wester acquievit,
 salutare ac propitium nomen
 vimus per hæc tempora aliud
 possumus, quam ut, postquam
 ejusmodi dies remedium nob
 itaq; in precum adhortatione
 nonnulla, quæ natales defunc
 miserimus. Parentes GER.
 MANNO, Juveni optimo
 HARDVS, Doctissimus &
 Mater ELISABETHA
 ERASMI STOCKMA
 dam Professoris Celeberrim



the scale towards document

impedes, in
 placeat, ut
 tur durius
 vero per hoc
 innes ordi
 na, quan
 t; aut pro
 cipite à pru
 nemo facile
 nnia. Tam
 em uestrū
 namq; pie
 postquam
 otquot tam
 ibil expecti
 re deinceps
 alias nullū
 veniat. I
 si breviter
 etant, pre
 TIEDE
 M.GER
 SIMUS VIR
 ISSIMI M.
 PHYSICIS QUON
 ERIENTISSIMI
 E.C.I.